

22 Junii 1570.

Rendi domini, fratres et amici observandi.

Mitto d. v. Rendis exemplū eptā D. Andreae Lock, Indicis ter-
restris Marienburgē. & exactoris Regij ad me, et mandati Regij
ad ipsam. Consiliū ab ipsis expeto, quid facto opus sit post
acceptas lras ex auctōritate Regia. Quarum exempla ac ipsas lras
misi nuper d. v. Rendis. Illud pratermisi, quod mihi adscripsit
R. D. Procancellarius his verbis. Homines isti quod Epō sub-
iecti sunt, eo maiorem modestiam, et erga ipsū principem obseruan-
tiam prae se ferre deberent: Et R. d. v. rā atq; Capitulo auctor-
sum, ne se in caeterorum numerum aggregari patiantur, utq; tam co-
modo publico seruiant, quam R. Altis voluntati obtemperent. Hec
ille. Equidem exactori rescribo: Nihil usq; a magistratibus exa-
ctum esse, cum quod magna egestate et miseria premitur vulgus ho-
minum, tum quod parochiam pridem in hyeme decimas suas exe-
gerunt. Couentum petiisse, ut ea de re ad R. Altē, et ad Illu-
strissimum D. Cardinalem referretur. Scripsisse autē et ipsū Car-
dinalem ad R. Altē. Nos adhuc expectare. Bene
valeant R. d. v. rā, et lris mittere soles, remittant mihi.
Heilsbergā 22. Junij. 1570.

RR. DD. VV.

Responso celebrari oportet.

fr̄ obsequens

Mart. Cromerus.

Rendis dñis Decano & ceteris
nonicis totiꝫ Capitulo Cate
lis Ecclesia Varmien dñis fr
lus & amicis suis obseruand

ito
ito

